

www.e-rara.ch

**Silva locorum, qui frequenter in concionibus occurrere solent, omnibus
divini verbi concionatoribus, cum primis utilis & necessaria**

Luis

Venundatur Parisiis, 1586

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: RRa 166

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-26764>

Castitas.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

dormitatio. Et infra: Cui vā? Cuius patri vā? cui rixā? cui fouea? cui sine causa? vulnera? cui suffusio oculorum? Nonne his qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis?

De ebrietate quādam inuenies Eccl. 31. Vinum (ait) in incunditatem creatū est, & non in ebrietatem ab initio &c. quæ sequuntur. Hinc colliges omnia bona à bono conditore condita esse, quæ tamen ab humana malitia deprauantur.

Castitas.

Nihil sic ad edomandum desideriorum carnalium appetitum valet, quā ut vnusquisque hoc quod viuū diligit, mortuū penset. Greg. in mor.

Nulla est castitas carnis, quā non commendet suauitas mentis. Greg. vbi supra.

Legitur quōd B. Aug. nec cū sorore habitare cōsenserit, dicens: Quæ cū sorore mea sunt, sorores meæ non sunt. Docti ergo viri cautela, magna debet esse nobis instructio. Nā incantæ presumptionis est, qd fortis pauet, minus validū nō timere. Gre. in Regi.

Ex quo luxuria semel mentē alicuius occupauerit, vix cū bonā cogitare permittit. Sū enim desideria viscosa, quia ex suggestione oritur cogitatio, ex cogitatione affectio, ex affectione delectatio, ex delectatione cōsensu, ex cōsensu operatio, ex operatione cōsuetudo, ex cōsuetudine desperatio, ex desperatione peccati defensio, ex defensione gloriatio, ex gloriatioe dānatio. Gre. in mor.

Nihil valet apud Deum, aut superba castitas, aut humilitas inquinata. Greg. mor. 21. c. 2.

Ipsū Ambrosiū foelicem quendam hominem secundū sē. *Augst.* cū opinabar [ait Augst.] quē sic tantæ potestates honorarent: cœlibatus tātū eius mihi laboriosus videbatur. Quid autē ille spergeret, & aduersus ipsius excellentiæ tentamēta quid luctaminis haberet, quidve solaminis in aduersis, & occultum os eius, quod erat in corde eius, quā sapida gaudia de pane tuo ruminaret, nec conicere noueram, nec expertus eram. Aug. Confess. lib. 6.

Amās beatā virā, timebā illā in sede sua, & ab ea fugiēs, quærebā eā. Putabam enim me miserū fore nimis, si feminā priuaretur amplexibus: & medicinā misericordiæ tuæ ad infirmitatē meam

sanandā, non cogitabam, quia expertus non eram: & propriarum virium predebā esse continentia, quarū mihi non eram conscius, cum tam stultus essem, ut nescirem, sicut scriptum est: Neminem esse continentem nisi tu dederis. Aug. Confess. lib. 6.

At ego adolefcens miser, valde, miser in exordio ipsius adolescentiæ erram peritiam à te castitatem, & dixeram: Da mihi castitatem, & continentiam, sed noli modo! Timebam enim ne me cito exaudires, & cito sanares à morbo concupiscentiæ, quem malebam expleri, quam extingui. Aug. Confess. lib. 8.

Aperiebatur enim ab ea parte, qua intenderam faciere, & quo transire trepidabā casta dignitas continentia, seuerè & non discolute hilaris, honestè bladiens, ut venire, neq; dubitare, & extēdes ad me suscipiendū, & amplectendū piās manus plenas gregibus bonorū explororū. Ibi tot pueri & puellæ, ibi iuuentus multa & omnis ætas, & graues viduæ, & virginis, anus, & in omnibus ipsa cōtinētia nequaquā sterilis, sed fecunda mater filiorum [hoc est] gaudiorū de marito te Dñe. Et irridebat me irrisione exhortatoria, quasi diceret: Tu non poteris, quod isti & istæ? An isti & istæ in semetipsis possunt, ac nō in Domino Deo suo? Dominus Deus eorum me dedit eis. Quid in te stas, & non stas? Proiice te in eū, noli metuere: non se subtrahet ut cadas. Proiice te securus, excipiet te, & sanabit te. August. vbi suprà.

Quantū vxorem velis pingere, & accumulare bonis omnibus, nihil mihi tam fugiendum, quam concubitum esse decreui. Nihil enim sentio quod magis ex arce virtutis deliciat animā virilem quam blandimenta fœminea, corporumque ille contactus, sine quo vxor haberi non potest. Idem in Soliloq.

Audeo dicere, superbis continentibus expedit cadere, ut in eo ipso in quo se extollunt, humiliantur. Quid enim prodest, cui est continentia, si dominetur superbia? Idem sup. Matth.

Inter omnia certamina Christianorū, duriora sunt praelia castitatis: nam ibi continua pugna, & variior victoria. Idem in sem.

Quanti & quales episcopi & clerici post confessionē & victoriarū calearā certamina, post magnalia & signa mirabilia vsquequaque monstrata, nō se ununt cum his omnibus naufragasse, cū volūt in naui fragili nauigare? Quantos leones domauit vna infirmitas delicata, id est luxuria, quæ nō sit vtilis & misera, de magnis efficit

efficit prædam? Idem de singul. cler.

De ferro rubigo nutritur: morbos aspidēs sibilant, & mulier fundit concupiscentiæ pestilentiam: in risem aliquando dissoluitur: nunc blanditias exhibet: & quod est venenosius super cuncta, psallere delectatur aut cantare: cuius cantu tolerabilius est audire basiliscum sibilantem. Idem ibidem.

Grauem inimicū sortita est castitas: cui nō solū resistendū, sed dimisso freno longius fugiendū: nec eō minus scemina fugienda sunt, quia religiosæ videntur: quia quanto religiosiores, tātō citius alliciūt: & sub prætextu pietatis latet viscus libidinis: expertō crede: expertus loquor: corā Deo nō mētor: cedros lybani, duces gregū sub hac peste cecidisse reperi: de quorū casu nō magis suspicabar quā Ambr. vel Hiero. impudica turpitudine. Idē ibid.

Tamdiu Diabolus sopitum ignem sine vllis flammis occultat donec duas faculas iungens, simul ambas accendat: & tādū cessat scintillæ suæ tela supponere, donec sicut peritus venator quod occisurus est, laquei virgulis alliget. Idem ibidem.

Matrem tuam ita vide, ne per illam alias videre cogaris, quā *Hierony.* vultus cordi tuo hæreant, & tacitum viuat sub pectore vulnus. Ancillulas quæ illi in obsequio sunt, tibi scias esse in insidiis: & quantō vilior est earum conditio, tanto facilius est ruina. Hiero. ad Rust. monach.

Omnes puellas & virgines Christi, aut æqualiter ignora, aut æqualiter dilige, nec in præterita castitate confidas. Neque enim sanctior Danie, necque Salomone potes esse sapientior. Memenito semper quiddam paradysi colonum de postisione sua eiecit mulier. Solus cum sola absque arbitro & teste nō sed eas, etiam si secretum aliquod inter sit: & quidquid probabiliter fingi potest, ne fingatur, ante deuota. Crebra manuscula, & sudariola, & fasciolas, & degustatos cibos, & blandas dulcesque litterulas sanctus amor non habet. Idem in epist. ad Nepotia.

Græcus adolescens erat in cœnobio, qui nulla cōtinentia, nulla operis magnitudine flammā potuit carnis extinguere. Hunc periclitantem pater monasterij hac arte seruauit. Imperat cuidā viro graui ut iurgis atque conuitiis insectaretur hominem: & post irrogatam iniuriam primus veniret ad querimoniam. Vocati testes, pro eo loquebantur, qui contumeliā fecerat. Fieri ille cōtra

mendaciū. Nullus alius credere veritati. Solus pater calidè opponere defensionem suā, ne abundantiori tristitia absorberetur frater. Quid multa? ita annus transactus est: quo expleto interrogatus adolescens super cogitationibus pristinis, an adhuc aliquid molestiæ sustineret, Pape (inquit) vivere mihi non licet, & fornicari libeat? Hic si solus fuisset, quo adiutore superasset? Idem in Epist. ad Rust. monach.

Gens Theuronum ex ultimis Gallorū Oceani atq; Germaniæ profecta littoribus, omnem Galliā inūdanit: sæpiusq; cæsis Romanis exercitibus, ad ultimū Mario pugnante, separata est. Hic trecentæ matronæ, cū aliis se viris captiuitatis cōditione tradendas esse didicissent, primū cōsulem, deprecata sunt, vt in templū Cere ris atq; Veneris in seruitiū traderentur. Quod cū nō impetrasset submouente eas lictore, paruulis cæsis liberis, manē mortuæ sunt reperiæ, suffocatae laqueo faucib. & mutuis cōplexib. se tenentes. Quod igitur Barbaræ castitati nō potuit inferre captiuitas, hoc matrona nobilis faciet? & sortietur alterū virū, quæ priorem aut malū perdidit, aut bonum experta est: Idem ad Gerontiam.

○ quoties ipse in eremo constitutus, & in illa vasta atq; horrenda eremi solitudine, quæ exusta solis ardorib. horridum monachis præbet habitaculū, putabā me Romanis interesse deliciis. Sedebam solus, quia amaritudine repletus eram. Horrebāt sacco membra deformia, & squallida cutis sitū Æthiopice carnis obdlexerat. Quotidie lachrymæ, quotidie gemitus, & si quādo repugnantem somnus imminens oppressisset, nuda humo vix horrentia ossa collidebam. De cibo vero & potu taceo, cum etiam languentes monachi aqua frigida vtantur, & costum aliquid comedisse, luxuriæ sit. Ille igitur ego qui ob gehennæ metum tali me carceri damnaueram, scorpionum tantum socius & ferarum, sæpe choris intererā puellarum. Pallebant ora ieiuniis, & mens desiderii estuabat. In frigido corpore, & ante hominem suū iā carne præmorta, sola libidinum incendia bulliebant. Itaque omni auxilio destitutus, ad Iesu iacebant pedes, rigabā lachrymis, crine tergebā, & repugnātem carnē hebdomadarū inedia subiugabā. Memini me clamārem, diem crebro iūxisse cū nocte: nec prius à pectoris cessasse verberibus, quā rediret Domino imperante tranquillitas. Et mox, si hoc patiuntur illi, qui exeso corpore solis

cogita-

cogitationib. oppugnantur: quid patitur puella quæ deliciis fruitur? nempe illud Apostoli, Vivens mortua est. Hiero. ad Eustoch. de Virginitate seruanda.

Forëinarum cum clericis nullo pacto coniuncta permittitur cõuersatio. Ianua Diaboli, via iniquitatis, Scorpionis percussio, nociuumq; genus est fœmina: cum proximat, stimulat, ignem accendit, flammigero igne percutit conscientia pariter habitantis, & exurit fundamenta montium. Ambro. lib. de offic.

Ambro.

Quid castitate decorius, quæ mundum de immundo cõceptu semine, de hoste domesticu, Angelum denique de homine facit? Differunt quidem inter se homo pudicus & angelus: sed fœlicitate non virtute: nam etsi castitas illius fœlicior, huius tamen cognoscitur esse fortior. Ber. in epist.

Berna:

Sola est castitas quæ in hoc mortalitatis & loco & tẽpore, statũ quendam immortalitatis gloriæ repræsētat. Idem ibidem.

Cũ fœmina sēpẽ esse & non cognoscere fœminam, nonne plus est quam mortuum suscitare: Quod minus est, non potes, & quod maius est, vis ut credam tibi: quotidie latus tuum ad latus iuenculæ in mensa, lectus tuus ad lectum eius in camera, oculus tuus ad oculos eius in colloquio, manus tuæ ad manus ipsius in opere, & continens vis putari? Esto ut sis, sed ego suspicionem non careo. Idem super Cant.

Castitas sine charitate, lãpas sine oleo est: subtrahere oleum, lãpas non lucet: tolle charitatem, castitas nō placet. Idem in epist.

Quomodo claritas (ut aiunt) Lunæ, nō nisi à Sole est, sic absq; charitate seu iustitia, continentia meriti nullum est. Idem super Canti.

Dei seruum sine intermissione legere, orare, & operari oportet. ne forte mentem otio deditam spiritus fornicationis subrepat: ceder enim labori voluptas, animum autem vacantem cito præoccupat. Isido. de sum. bon.

Isidor.

Nequaquam in senectute continentes vocandi sunt, qui in iuuentute luxuriose vixerunt. Tales non habent præmium, quia laboris certamen non habuerunt: eos enim expectat gloria in quibus fuerunt laboriosa certamina. Idem ibidem.

Plurimos in seculo aspexi præ sollicitudinibus & curis, occupationibusque & vigiliis mūdānis, proprii corp̃ oris insanos motus effugisse:

effugisse: eos ipsos tamen cū exuti curis omnibus ad monasticā vitam conuolassent, turpiter atque miserabiliter corporis cōmōtione sordidatos. Hinc collige quantum faciat ad castitatis custodiam corporis & animi occupatio Idem.

Castitas est incorporeæ naturæ familiaritas. Castitas est Christi iucundum diuersorium, terrestrisque clypeus cordis. Castitas est excessiua naturæ abnegatio, corporisque mortalis atque corruptibilis mirabilis re vera ad incorporeā spiritualemq; substantiā contentio. Castus ille est, qui amore amorem excludit, ignemque igne spiritus extinxit. Idem Grad. 15.

In tēpore tentationis carnalis, summum nobis adiutoriū præstabit cilicium & cinis totisque noctibus statio immobilis, panis desiderii, ardens lingua modiceque irrorata, sepulchrorū habitatio, atque ante omnia humilitas cordis, & si fieri potest pater spiritualis, aut frater sollicitus canusque sensu, ad auxilium adhibeatur. Miror enim si quispiā solas ex huiusmodi pelago nauē seruare integram possit. Idem ibidem.

Fit nonnunquā ut ex solo tactu corporis inquinetur. Nihil quippe sensu isto grauius, nihil periculosius. Admoneat te is qui matris manni pallium circumdedit: atque à proprio vel alieno corpore comprime manum. Idem ibidem.

Chrysost. Qui freno regit affectus, quanquam semel domitos non negligit. Perpetuum enim est ab illo hoste bellum vnicuique quādiu vixerit.

Casarius. Longa castitas post peccatum, imitatrix est virginaitatis. *Casarius.*

Epict. Amatorius & lasciuus sermo fomentum est concupiscentiæ.
Inuenc. Rara est concordia formæ atque pudicitia.

Virginitas.

Grego. **F**los est virginitas, flos est martyrium, flos actio bona. In horto virginitas, in campo martyrium, bonū opus in Thalamo. Greg. sup. Ezech.

Sup illud Gē. 19. In mōte saluū te fac. Virginitas alt' mōs est, ad quā Angel hortatur: sed q̄ videt se nō posse ascēdere, maneat in Sēgor. i. in legitimo matrimonio: q̄a meli' est mediocri bono vti quam